



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 37. Pontificis responsum ad hanc declarationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

audiverimus, verba Dominica esse, quæ mu- Sæcul. XV.  
tant, & transsubstantiant panem illum in A. C. 1439.  
corpus Christi, & vinum in sanguinem, &                   
quod divina verba illa Salvatoris omnem  
virtutem transubstantiationis habent, de ne-  
cessitate ipsum Doctorem, & eandem suam  
sententiam sequimur. Præterea Pater beatissime, nec nos ignoramus quatuor requiri  
in consecratione pretiosissimi, & venerabilis  
Sacramenti, Primo materiam, quæ debet  
esse panis triticeus, aut fermentatus, aut azy-  
mus, quia in utroque conficitur veraciter,  
item quod minister sit Sacerdos, qui habeat  
sacerdotium ab Ecclesia secundum Canones.  
Item tertio formam, quæ est verba Salvato-  
ris secundum sententiam S. Joannis præfati.  
Quarto beatissime Pater, intentio Sacerdotis,  
ut habeat intentionem consecrandi panem sibi  
propositum & vinum. Hæc breviter, Pa-  
ter beatissime, de hac quæstione & sufficienter  
ad certificationem Sanctitatis vestrœ & alio-  
rum Patrum diximus, & quod semper Pater  
sancte fuerimus, & futuri simus in hac sen-  
tentia, Sanctitatem vestram certissimam red-  
dimus.

### §. XXXVII.

#### Pontificis responsum ad hanc declara- tionem.

Pontifex, qui attenta aure hanc dogma-  
tis expositionem perceperat, sermone  
ad Græcos converso paucis, sed gravibus  
admo-

Sæcul. XV.  
A.C. 1439.

admodum, atque Pontificia Majestate dignis dixit: *Intelleximus, quæ per venerabilem fratrem nostrum Nicanum dicta sunt;*  
*& quamvis in mente nostra non esset aliam tamen gratum fuit audiisse, quæ relata sunt;*  
*quia ista est doctrina sancti Joannis Chrysostomi, & aliorum Sandorum, qui præserunt, & qui secuti sunt: & hanc doctrinam secuta est, & semper sequetur cum gratia Dei sancta Romana Ecclesia: & gratia fuit audire; ut qui aliud existimassent, sicut certi de vestra bona opinione.*

### §. XXXVIII.

*Decima ac ultima Florentine Synodus  
Sessio cum Græcis habita.*

Comperta hac Græcorum declaratio unica hæc, qua ratione decretum conficeretur, sollicitudo omnium animos occupabat. Singula illius verba ad latram vocata, & tum a Græcis tum a Latinis severe ad trutinam examinata fuisse, tandem secundis curis exacte emendatum, ac Græco latinoque Sermone conceptum prodiit: Ergo die lunæ sexta Iunii, quæ erat octava dies festi SS. Apostolorum Petri & Pauli; ultima Græcos inter & Latinos celebratæ Synodi habetur Sessio, ad quam omnes in Ecclesia Cathedrali Florentina conveniunt, atque ordine nuper Ferrariæ observato consistunt.

-00110-